



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

XCII. Papst Alexander trägt, durch Bitten der Herzoge von Polen veranlaßt,  
dem Markgrafen von Brandenburg auf, den Oberbefehl über das  
Kreuzheer gegen die Tataren zu übernehmen, auch sich der ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

berc, G. Wederde et G. Filius suus, R. de Cerëvift, R. de Vrifach, Otto Glucer, Johannes de Haldeldorp, Otto de Hendorp, Henricus Ber, milites et alii plures. Et ne hec cuiquam futuris temporibus veniant in dubium, presentes literas conscribi et nostro et illustris Principis Domini Ottonis Marchionis Brandenburgici et Domini Wolteri de Arnesten Sigillis fecimus roborari. Data sunt hec Strucebere in Domo Fratrum predicatorum, Anno Domini M<sup>CC</sup>LIX., V. Idus Decembr., Pontificatus nostri Anno septimo.

Aus König's Spicileg. ecclesiae Thl. I, Forts., Anh. v. d. Erzstifts S. 35. 36, mit Verbesserung augenscheinlicher Fehler.

**XCI.** Ritter Gebhard von Alvensleben resignirt die Kapelle zu Klein-Emden dem Kloster zu Alt-Haldensleben vor dem Markgrafen Otto von Brandenburg, dem Grafen der Gegend, am 5. April 1260.

Omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis Genehardus de Aluensfleue miles salutem cum suo obsequio pronitatis. Notum esse cupio tam presentibus quam futuris, quod ego, assistentibus heredibus meis et consencientibus, de proprietate mea Capellam in parua Emmede cum suis attinenciis monasterio in veteri haldeffloue contuli eo iure, quo ipsam possedi, et in manu domini Ottonis, Marchionis Brandenburgensis, in cuius comitia extitit, ad usus monasterii resignavi, qui ipsam eidem monasterio in continenti per fratrem henricum de Jericho ordinis predicatorum transmisit hoc pacto, quod eadem capella auctoritate dyocesani episcopi, qui super hoc dedit litteram, frangeretur et pro ea Abbatissa monasterii in sua ecclesia altare, ad quod semel in septimana missa pro defunctis cantetur, construere teneretur. Pertinent autem ad predictam capellam tres mansi liberi in Emmeden memorato, de quorum uno non datur decima, que tamen de reliquis duobus perfoluitur, et quatuor aree preter illam, in qua capella constructa, que est quinta. Existit item in sehufen unus mansus, qui soluit decem solidos, et in bredenstede unus, qui quatuor, et in pozmestorp unus, qui duos reddit. Ne uero quod sic provide factum constat, posteris uertatur in dubium, presens scriptum super hoc rite confectum duxi sigilli mei munimine roborandum. Datum Aluensfleue, anno domini millesimo CCLX<sup>o</sup>. Nonas Aprilis.

Nach einer vom Pastor Behrends zu Nordgermersleben mitgetheilten Abschrift aus dem Althaldenslebenschon Copialbuche. Vergl. einen von Wohlbrück gefertigten Extract dieser Urkunde aus einer Copie derselben im Salberstädter Domarchiv in Wohlbrück's Gesch. Nachrichten von Alvensleben I, 63.

**XCII.** Paps Alexander trägt, durch Bitten der Herzoge von Polen veranlaßt, dem Markgrafen von Brandenburg auf, den Oberbefehl über das Kreuzheer gegen die Tataren zu übernehmen, auch sich der Kreuzpredigt für den Orden in Preußen nicht zu widersehen, am 9. September 1260.

Alexander, episcopus servus servorum dei, Dilecto filio nobili viro Marchioni Brandenburgensi Salutem et apostolicam benedictionem. Vix absque lacrimis meditari uel

audire possumus, quod pro fidei negotio, in Liuonia ac Pruscia partibus sub expensis innumeris ordinis Hospitalis sancte Marie Theotonicorum et infinitis angustiis ad dei gloriam magnifice iam promoti, plurimi ex fratribus ipsius ordinis per manus infidelium crudelissime sunt occisi. Quia uero idem negotium perire creditur, nisi per diuine uirtutis auxilium et apostolice sedis fauorem in eo potissime roboretur, quod ad partes ipsas peregrinorum confluat multitudo; Nos dilectorum filiorum Preceptoris et fratrum ipsius ordinis in eisdem Liuonia et Pruscia luctuosis precibus inclinati, dilectis filiis Prioribus, Ministris, Custodibus, Guardianis, aliisque fratribus Predicatorum et Minorum ordinum ac etiam fratribus clericis Hospitalis eiusdem, necnon quibusdam Episcopis, per litteras nostras sub certa forma commisimus, quod in subsidium eorundem Preceptorum et fratrum ac aliorum fidelium christi manentium in partibus supradictis crucem cum omni diligentia predicent in Regnis et regionibus ac prouintiis et terris aliis, que predicta sedes ad idem subsidium deputauit. Postmodum uero nos ad precum instantiam, quas dilecti filii nobiles uiri Duces Polonie pro te habendo in Capitaneum exercitus christiani contra ferinam seuitiam Tartarorum nobis per suas speciales litteras et nuntios direxerunt, ad tuam precipue generosam potentiam et famosam strenuitatem respectum habentes, tibi nostras affectione plenas misimus litteras continentes, ut nostro seu potius diuino beneplacito te coaptans, crucis assumpto signaculo, christianorum exercitum ad prelium instruas et bellatorum acies, quodocumque Tartarorum ipsorum pestis ingruerit, dirigas et informes, illam peccatorum ueniam habiturus, que transuentibus in terre sancte subsidium indulgetur. Hoc siquidem pium et sanctum negotium nos ita prosperari cupimus, quod et promotionem catholice fidei, quam predicti fratres cum omni diligentia sub frequentis experientia martirii profecuntur, quantum in nobis est a discrimine preseruemus. Inde fit, quod nobilitatem tuam affectuose rogandam duximus et monendam, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatinus necessarie ac salubri predicationi crucis, quam fieri mandauimus, pro subsidio fratrum et fidelium predictorum pretextu predicationis, quam venerabilibus fratribus nostris Gnesneni Archiepiscopo et Suffraganeis eius ac etiam Archiepiscopis et Episcopis per Alamaniam constitutis contra prefatos Tartaros per litteras nostras de nouo commisimus, uel que auctoritate nostra iam aliquibus aliis est commissa seu decetero committetur, nullum prorsus opponas obstaculum, nec opponi ab aliquo quantum in te fuerit patiaris, sed potius pro diuina et nostra reuerentia, ac etiam pro tuorum cumulo meritorum, uigilem et efficacem des operam, ut premissa predicatio, que fit pro supradictis Liuonia et Pruscia proficere ualeat iuxta uotum, maxime cum predicti fratres Hospitalis eiusdem, tanquam ueri christi pugiles, animam suam pro impugnatione Tartarorum ipsorum oportuno loco et tempore, affectu promptissimo et corde imperterrito ponere sint parati. Ceterum fidei benedictionis et gratie attente prouideas, ut tu eandem Liuoniam et Prusciam uel Curoniam et Estoniam seu quamcunque aliam terram, spectantem ad predictos fratres Hospitalis eiusdem, sine consensu et uoluntate ipsorum nullatenus intres, aut eos uel eorum cruce signatos seu quoscumque alios ipsorum occasione molestes in aliquo uel perturbes. Preces itaque nostras taliter tua nobilitas adimpleat in hac parte, quod sepe dictis fratribus, quos et continua paganorum affligit crudelitas ac exterret etiam crudelis uicinitas Tartaro-

rum, qui contiguam prefate Prufcie Lettowiam iam pro maiori parte destruxiffe nofcuntur, in promotione ac defenfione fidei per tui fauoris auxilium prosperari gaudentibus, nos tibi exinde fpeciales gratias referamus, ac Preceptores et fratres Hofpitalis eiuſdem, quibus eris in hac parte beniuolus ad ea, que uotis tuis digna ſint ac comoda, reddantur ſtrictius obligati. Datum Sublaci, V. Idus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Nach Weigt, Cod. diplomat. Pruſſic. 1, 132. 133. Gleichlautende Bullen ergingen an den König von Böhmen und an die Erzbifchöfe von Mainz, Bremen, Köln, Trier, Magdeburg und Salzburg und deren Suffragane.

**XCIII.** Hermann, Biſchof von Camin, überläßt dem Markgrafen Johann von Brandenburg das Dorf Clokow und empfängt dafür Menthin und Wolſchew, am 27. September 1260.

Nos Hermannus, dei gratia Caminenſis eccleſie Epifcopus, recognoſcimus ſimpliciter et literis preſentibus publice proteſtamur. Quod nos illuſtri Johanni, marchioni brandenburgenſi, villam Clokowe cum ſuis terminis, ſicut ipſam uſque ad hec tempora poſſedimus, dimiſimus et dedimus cum omni iuris plenitudine perpetuo poſſidendam, et ſuper ea approbationem noſtri capituli dicto marchioni procurabimus et conſenſum. In huius igitur ville reſtaurum idem Dominus Marchio villas Menthin et Wolſchoue cum omni iuris plenitudine dedit nobis et noſtris ſucceſſoribus, cum eorundem terminis nunc habitis perpetuo poſſidendas. In cuius rei teſtimonium preſentes ſibi dari iuſſimus literas ſigilli noſtri munimine roboratas, preſentibus Johanne de Granfowe et Johanne de Stolp prepoſitis, Comite h. de kyrchberg, Gerharde de kirchowe, h. de Stegelitz, Alberone marſcalco, Gerharde de valkinberge, Engelkino de Bellinge, Ottone de helin et aliis quam pluribus. Acta ſunt hec in villa Wolin, anno domini M°.CC°.LX°. in die beatorum Coſme et Damiani.

Nach dem Copialbuche d. R. Geſ. Kab. Archives Cod. 4. in quarto, Blatt 34. — Gercken's Cod. 1, 198.

**XCIV.** Pribizlaw, Herr zu Parchim, trägt Schloß und Stadt Parchim, was Graf Günzel von Schwerin inne hat, dem Markgrafen Johann von Brandenburg zu Lehn auf, damit der Markgraf ihm um ſo bereitwilliger zur Wiedererlangung ſeiner übrigen Güter Beiſtand leiſte, am 3. September 1261.

Nos Pribizlaus, Dei gratia Dominus de Parchem, Nicolai, Johannis et Boreuinj Dominorum Slaue frater, recognoſcimus et literis preſentibus proteſtamur, quod illuſtri principi Domino noſtro Johanni, Marchioni Brandenburgeni, de bona et ſincera noſtra et heredum noſtrorum uoluntate pariter et conſenſu, dimiſimus et reſignauimus caſtrum et ciuitatem Parchem cum omnibus bonis et utilitatibus pertinentibus ad eandem, ſicut eam dominus Guncelinus Comes Zwerinenſis nunc poſſidet et poſſedit, ſub